

Digitaliseret af | Digitised by



**DET KGL.
BIBLIOTEK**

Royal Danish Library

Forfatter(e) | Author(s):

Titel | Title:

Jacobæus, Matthias.; [Matthias Jacobæus].

[Latinsk universitetsprogram ved Anna Fincke,
Casp. Bartholins Hustrus død. Hafn. 1. Nov.
1677]

Udgivet år og sted | Publication time and place: [Hafn.], 1677

Fysiske størrelse | Physical extent:

1 bl.

DK

Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk altid at kreditere ophavsmanden.

UK

The work is free of copyright. You can copy, change, distribute or present the work, even for commercial purposes, without asking for permission. Always remember to credit the author.



ANNA DRUS.
JAC. MARG.
TH. FINKII

42. - 150. fol

DET KONGELIGE BIBLIOTEK



130019005810

(a)

1

N. 9.

MEDICINUM IN ... MOLI ...

R E C T O R
R E G I Æ A C A D E M I Æ H A F N I E N S I S

D. WILHELMUS WORMIUS

M E D I C I N Æ E T P H Y S I C E S P R O F E S S O R R E G I U S .

L. S.



SI vera pietas & indefessus Dei cultus, si ipsa virtus probitasque, si vitæ puritas & sanctissimi mores, si publica civium & bonorum omnium pia vota, vitæ terminum producere, & inexorabilis fati vim imperiumque, infringere possent, non has tristes & ingratas partes, in funere optimæ Matronæ, hodiernus dies nobis imposuisset. Quamvis enim illum humanæ felicitatis terminum videatur attigisse, (sive annorum numerum, sive gloriosam progeniei fecunditatem ipsi promissam invenimus,) quæ summum Divinus vates prædixit, facileque impleverit illos numeros, qui maximam in illo sexu absolvunt laudem, quoties tamen illa virtutum exsuperantia, illa æmènitatis sævitasque; morum, nullo unquam ætatis gravioris vitio mutata, illa humanitas in gestibus, in quibus ipsæ quasi Gratia habitabant, nobis observantur, quibus totam civitatem in sui admirationem attraxit, nemo non immortalitate dignum tam carum caput, nemo non immunitatem à tenebroso Acheronte exoptasset. Multas seculum vidit mulieres, in quibus matronarum dignitas, decus ac sanctitas mirè eluxit, multas tulit hæc urbs, in quas natura ad fortuna sua munera certatim contulerunt, sed in nulla earum, quas novimus, tot virtutum laudes convenire visæ sunt, quot in beata nostra hæc ætas suspexit & admirata est, omnibus iis comparandâ, quas in exemplum pietatis, probitatis, fidei, castimonie profert antiquitas. Sed debuit mori, ut immortalitem in cælo consequeretur. Stat enim immotum decretum Divinum, quo omnes ferreæ necessitatis lege serius ocyus damnatur: Mors enim in omnes, cui nihil intactum, nihil eximium, nihil sanctum, vim crudelitatemque; suam promiscuè exercet. Nè desideremus igitur rerum ordinem à Deo constitutum turbari & permisceri; quin potius piæ matronæ exemplo, curas cogitationesque; nostras ab incertis & inertibus naturæ bonis, ad rerum cœlestium divinarumque meditationes transferamus. Quoniam enim tempus vitæ nostræ etiam longissimæ, ob exiguitatem non magni sit pretii, ob æternitatem verò, in quam expenditur, longè pretiosissimum, fas est, ut studia & contentiones nostras fallaces, cupiditates noxias, inanes curas, ab hiisce mundi mendaciis abducamus, nostraque; consilia in Deo, qui fallere & falli nescit, attentè constituamus. Æternis nati sumus, curiguitur in hiisce exiguis, caducis & citò interituris trepidamus? Cur nos maceramus? Quin in illa tota nos demus, quæ futura luit immensa, stabilia, & cum ipso Deo æterna. Quid in nihil profuturis ambitiosè sudamus? Videmus omnia, quæ vel ambitio peperit, vel manus exstruxit, vel industria quæsit, vel calamitas confignavit, vel labor obtinuit, non posse nobis nominique; nostro immortalitatem elargiri, quam ipsa sibi præstare non possunt, à rebus enim hiisce corporeis omnis veræ immortalitatis ratio longissimè abest, totaque; ejus vis in bonis æternis ac cœlestibus unice hæret. Si quisquam mortaliū annos æternos in mente habuerit, si quisquam spretis hiisce terrenis & caducis, æternitatem benè vivendi ratione præoccupaverit, si quisquam priusquam è terris abiit, familiariter cum Deo veratus sit, in horum numerum & cœtum jure se infert, sanctissima, lectissima & nobilissima fœmina, flos virtutum & matronarum,

A N N A F I N C K I A ,

Quæ cum rerum æternarum cogitationes nunquam à memoria dimiserit, fiduciam suam in solo Deo collocaverit, Christum semper in corde & ore circumtulit, nunc idcirco Dei unius ac trini pleno conspectu fruitur, hiisque humanæ vitæ curis & incommodis, tanquam laqueis, expedita, in illam veram libertatem, nullis servitutum casibus amplius obnoxiam exiit, & Angelorum choris stipata, meridiana solis luce splendidiore incedit. Tantæ Matronæ vitam, totam è pietate & Christianis virtutibus compositam, quam dum viveret admirati sumus, eorum more qui orbem in tabella pingunt, non ut æquent, sed repræsentent, obiter delineabimus, cum penitus exprimere diffidamus.

Si egregia optimaque civis virtus & præstantia, ad ejus urbis, in qua natus est, laudem & gloriam pertinet, est profecto, quod hæc Regia urbs, tanta civis & alumna se faceret & gloriaretur, in qua primum vitalem austram hausit, anno seculi senescentis MDCCIV. die VIII. Febr. Majoribus generis claritate, variaque; virtute conspicuis, orta. Patrem sortita est, Virum senio & meritis illustrem, seculi Nestorem, & immortale Patriæ ornamentum, THOMAM FINCKIUM, Medicinæ Doctorem & Professore Primarium, Academiæ seniorum, & Regiæ communitatis præfectum. Matrem habuit, SOSTRATAM IVARIAM, consummatæ virtutis & exempli fœminam. Postquam pulcherrima hæc proles lucem aspexerat, illa religiosorum Parentum prima cura fuit, ut salutaris fonte aspersa, Deo vitæ datori ad meliorem vitam consecraretur. Postea diligentissimos se præbuerunt in ipsa erudienda ad sanctissimam disciplinam & optimos mores, ac præsertim ad timorem Dei & Numinis reverentiam animo imprimendam, quam etiam cum lacte materno imbibebat, omni reliqua vita retinendam, cum ipsa enim ætate pietas crevit, adolevit, confenit, prout testatur tota vita tot Christianis virtutibus florida. Vix quippe à nutricis lacte depulsa, sacrarum literarum lectioni sedulo indulgebant, quarum amor ita in adolescentia, radicibus actis, exundavit, ut omnes ij libri è gynæceo exularent, qui essent inutiles & profani, cumque; illis saltem illi res essent, quorum lectione se vehementius ad amorem Dei inflammari, & ad pietatis opera impelli sentirent. Quo jacto fundamento, pleno gradu brevi ad illas virtutes contendeat, quæ in hoc sexu summæ ac præcipuè haberi solent. Præter enim mentis morumque; rectitudinem, varia elegantia accessit, quæ vel puellam adornare, vel virginem commendare, vel matronam adjuvare solet. Quamdiu namque; paternæ domus septis clausa fuit, nunquam indulgebant cessationi otioque; nullum ferè tempus ab aliquo opere virgine digno vacuum præterire sinebat, nè tenior ætas voluptatibus accresceret. Non in pingendo & fingendo corpore occupabatur, seculi ineptias exosa, sed ut veram & germanam Christi sponsam decet, excolendo & exornando animo dedita, se ferico probitatis, byssino sanctitatis, purpure pudicitie vestiebat; suis enim cum æqualibus non tam genere quam virtute, opibus quam probitate certabat. His artibus ceteris antè studebat, reliquis in rebus animo æquo se vinci patiebatur. Ad domesticos labores assuetæ, exquiritam regundæ familiæ solertiam didicit, sedulitati & frugalitati studuit, sine qua res familiaris citissime vacillat & dilabatur. Quæ mulierum propria fuit munia, manus lani occupare, telas texere, subtegmen tenuè nere, opus aliquod phrygium volanti acie eleganter formare, vel simile quid, apprime calluit, in quibus elaborandis Arachnem ipsam in contentionis certamen vocare possisset. Incredibili enim discendi studio flagrabat, naturaque; bono animo assequeretur. Et ut paucis multa complectamur, admirabilis Virginis & raræ, ut dicitur, avis exemplum fuit, nihil ut possent neque; in ejus dictis vel factis, neque in gestu, neque in incessu notari, quod non deceret, quodque non summi in ea pudoris, verecundiæque; significationem ostenderet. His virtutum ornamentis fulgentissima, virgo, incescit, quibus omnium ad se oculos rapiens, omnium sibi amorem & studia conciliabat, in omnium ore verfabatur, digna nuptiis optime cuiusque; quæ, multi eximii corporis animique; ejus dotibus capti, expetebant, inter quos præcipuè, Vir Reverendissimus, Experientissimus & Celebrerrimus, CASPARUS BARTHOLINUS, Theologia, Medicinæ & Philosophiæ Doctör & Professor Regius, ad tam raram capturam animum adiecit, in sui; quæ amoris vincula conjecit. Voto namque; potius, connubiali desideratam prædam die XXII. Novemb. Anno MDCXII. fœdere sibi sociavit, reque; ipsa expertus est, quam uxor proba & pudica magnum ad viri felicitatem momentum sit. Nihil enim eo conjugio fuit tranquillius, nihil jucundius. Totam se in mores mariti vertebat, illum colere, venerari, omnibus officiis prosequi, ad nutum præsto esse, obsequentiis uxoris partes putabat. Fide, studio, humanitate infingit cum demerebatur, qui propterea in ejus alioqui & sævitate omnes suas curas & dolores deposuit, plurimique; ejus sibi operam esse sensit, in multis ac maximis quibus byssificatus est morbis, tum præsertim cum valetudinis collapsæ curandæ gratia, per varias Imperii Germanici provincias, in Bohemiam ingrederetur, thermis Carolinis usurus. Suo enim lateri semper hærentem habens uxorem, non minimum in tam difficili ac longo itinere commodum ex ea cepit. Et quandoquidem fecunditate liberorum ultima matrimonii felicitas absolvitur, cum florentissimis matrimoniis certare potest. Septies enim Mater facta, liberos animi corporisque; dotibus præstantes genuit, qui omnes, præter JACOBUM BARTHOLINUM, qui sine prole ad plures abiit, lætis incrementis seriem generis ad posteritatem mirâ fecunditate prorogavit, optimamque; matrem cæ progeneri felicitate beaurit, quam omnes admirati sunt, & longo tempore nascituri admirabuntur & loquentur, quæque; omnes urbis & Regni Matronas superavit. Fuit enim mater filiorum 6. BARTOLI BARTHOLINI, Eloquentiæ Prof. Reg. & Academiæ senioris: THOMÆ BARTHOLINI, Medicinæ Prof. & Archiatri Regii Honorarii, & Assessoris in supremo Regio Tribunali: CASPARI BARTHOLINI, Domini de Korneup & c. ALBERTI BARTHOLINI, Rectoris Regiæ Scholæ Fredericiburgensis: JACOBI BARTHOLINI designati Prof. Regii: ERASMI BARTHOLINI Medicinæ Prof. & Mathematici Regii, & Assessoris in supremo Regio Tribunali: Et filia unius, ANNÆ BARTHOLINÆ, JACOBO MATTHIÆ Episcopo Aarhufiensi nuptæ. Avia ex filio B. BARTHOLINO, Nepotum 7. & nepotum 6. Ex filio TH. BARTHOLINO, Nepotum 5. & Neptium 4. Ex filio C. BARTHOLINO, Nepotum 2. & Neptium 4. Ex filio E. BARTHOLINO, Nepotum 2. & Neptium 2. Ex filia ANNA, Nepotum 4. & Neptium 3. Proavia, ex Nepte INGBURGA JACOBÆ, Pronepotum 3. & Proneptium 3. Ex Nepte SOSTRATA JACOBÆ, Pronepotum 3. & Proneptium 2. Ex Nepte MARGARITA BARTHOLINA, THOMÆ f. Pronepotis 1. & Proneptis 1. Ex Nepte ANNA MARGARITA BARTHOLINA ALBERTI f. Pronepotis 1. & Proneptis 2. Abavia, ex Pronepte ANNA VINDINGIA, abgeneris ER. VINDINGII filia, Abnepotis 1. Ex Pronepte ELISA SCAVENIA abgeneris P. SCAVENII filia, Abnepotis 1. Qui simul numerati, erunt LXX. Gloriosa fecunditas! Et in his omnibus amplissimum gaudiorum & laudum materiam pro solatiis habuit. Quin & hoc memorabile, quod fuerit Professoris filia, Professoris uxor, 4. Professorum mater, Professoris locus, 5. Professorum avia. 2. Professorum profocura. 1. Professoris proavia. Sed nec minus fœcunda animo quam corpore fuit, unde numerosam semper edidit virtutum sobolem. Postquam enim (ut sunt humana, quæ nunquam tam secundo cursu fluunt, quin aliqua interdum ægritudine interrumpantur) in medio ævi cursu carissimum Conjux immatura morte extinctus, mortalitatem die XIII. Julii Anno MDCXXXIX. exiisset, perfectè viduitatis exemplum egit, fidemque; quam marito suo viderat, etiam mortuo servavit, nam non repetitis votis, inter pietatem & virtutes, quæ Apostolus præscripsit, soli Deo confissa, quadraginta octo annos vidua consecit, ea innocentia laude, de qua copiosius sentire quam loqui liceat. Quam sanctam enim transigit vitam, nemo nescit, cui innotuere fœminæ mores. Pietas, quæ est quasi solum & fundamentum omnium reliquarum virtutum, ipsi in primis & postremis fuit, Deum ut in corde sic in ore indefinenter gessit, frequens cum eo in publicis, frequens in privatis colloquiis. Ibit in posteritatem & exemplum pia diligentia, quæ Diva nostra sacra publica assidue aderit, quibus nunquam interesse neglexerit, nisi infirmitate aut morbo impedita. Non procellæ & turbines, non nix, non pluvias, non hycem asperitas, cœlique; inclementia, pios gressus inhibere potuerunt, quibus ad sacra matutina, meridiana, pomeridiana, funebria, aliaque; toto corde animoque; non formicino sed grallatorio passu ferebatur. Annæ Prophetissæ non abfimilis, quæ noctu & interdiu in templo acubata, sacris meditationibus & precibus sanctè vacavit. Quam verò attentè verbum Dei auribus hausit, quam feliciter pectori insculptum, ut veram Christianam decuit, re factoque; expresserit, operibus vere Christianis, toto vitæ curriculo, abunde & luculenter probavit. Quis dicitur, quin servidus suis precibus, iratum numen & fœcleribus nostris infestum sapius propitiaverit? Quis negat, quin jugibus suspiriis, media inter Deum & hanc urbem, calamitosus hiisce temporibus, tanquam centplex murus ferebat, variasque; clades & pænas à capitibus à fortunis nostris averterit? Nec minus intra parietes domesticos pietatis jura vigeant. Quæ enim domus religiosior? quæ sanctior? Totum ferè diei tempus in assidua rerum cœlestium meditatione traduxit, nullas dies, nulla hora, nullum ferè momentum effluxit, quin laborum sacrificium Deo piè obtulerit. Nemo unquam illam invisit, quin vel sacras odas modulantem, vel sacrarum pandectarum lectioni immerfam offenderit. Gloriantur alii se mille volumina volvisse & revolvisse, sed beata nostra unicum saltem, sed millies evolverat, dumque; illi inde non nisi vastam & vanam scientiam mundanam hauriunt; & sæpenuerò non alium fructum, quam factum & arrogantiam, Deo hominibusque; invisam, colligunt, hæc nostra ex frequentis sacri codicis lectione didicit veram sapientiam, veramque; humilitatem & animi demissionem, quæ Deo erat eximie cara, & hominibus acceptissima; & quod palmarium est, inde illud præsidium solamenque; contra mortis impetum invenit, quod totæ orbis Bibliothecæ præstare non possissent. Et tamen in perpetua magnæ splendidiæque; familiæ cura contineretur, nullæ tamen occupationes, nullæ molestiæ, nullæ sollicitudines tanti erant, ut non aliquas quotidie horas, somno, ipsique; valetudini interdum ereptas, orationi concederet. Neque solum seipsam ad typum pietatis & innocentie finxit, verum etiam, ut honestissimam & sanctissimam matrem familiam decet, summam dedit operam, ut ceteris domesticis, five virginibus, five famulis, quæ circa se habebat, eandem, quæ in ipsa eluxit, verè pietatis probitatisque; formam imprimeret: Etenim earum oculos in oculis habebat suis, & ad Dei timorem quæ voce, quæ exemplo infligabat, nam nihil vel dixit, vel fecit nisi quæ digna celo, digna Deo. Nec hæc ejus pietas intra domus private clausura hæsit, sed foras exiit, piisque; operibus fecunda egressa est. Omnibus notissima est ejus beneficentia, & propensissimus omnibus inservienti affectus. Caritatis nimirum igne accensa, omnium, si potuisset, indigentia & miseriis subvenisset, ita incredibili tenuissimi cuiusque; sublevandi studio ferebatur, nulli neque; labori, neque sumptui parcens, modo profest. Comi & amico vultu pauperes accedentes accipit, nullosque; recedentes tristes dimittit, quin ex ea ceperit vel faceret, vel spem fiduciamque; plerumque; autem pecunie subsidii, etiam cum facultatum detrimento, illorum levavit egestatem, in eo enim quod Christo dedit, modum non exquirebat, Deum imitatus, qui in dando omnem beneficentiæ liberalitatisque; modum egreditur. Nonnullos egenos eodem tecto, eodemque; secum late tutata est, alios propriæ mensæ affidere iussit, eademque; vivere quædra. Nunquam convivia cum amicis celebravit, quin etiam postridie lautioribus ferculis egenorum gulæ lenocinata sit, prout munificentia suæ multos discretos testes, disertissimos præcones habet. Nec vivens saltem prodesse voluit, sed post mortem etiam ex proluxa ejus liberalitate pauperioribus solatium relinquit, quibus Octingentos Imperiales legavit, & prout reditu eorum certus numerus alii sustentari potest. Jam verò quantum erga liberos, nepotes, pronepotes, cognatos amor? quanta liberalitas? Nihil ex omnibus fortunæ bonis nisi beneficentiam materiam usurpavit, quam satis exerendi nunquam voluit, sed sapius occasione & facultas defecere. Plena officii, promptissimam erga amicos & vicinos se præstitit, nulli quippe suam operam denegabat, in qua re juyare & prodesse posset, omnibus se commodare, de omnibus benè mereri cupidissima; quæ comitate & studio universam urbem implevit meritis & sibi obstrinxit. De omnibus benè sentire, nullius studiis adversari, pacem conciliare, à vitis deterrere, ad virtutes allicere apprime studebat. Jam verò quæ constantia in amicitia? Quæ fides in verbis? Quæ veritas? Qui candor? quæ animi moderatio? Tam mitis, comis, affabilis, blanda fuit, ut nè quemquam verbis vel factis læderet & offenderet, sedulo caverit; quin ipsis famulis, non ut multæ crudeliter & superbe, sed benigne imperavit, tamque; placide totam domum & rem familiarem administravit, ut vix quisquam intelligeret id agere, cum ageret tamen. Mansit etiam hæc mansuetudo, morumque; sævitas & concinnitas, in grandi & decrepita ætate, integra & indelibata; ab omnibus enim iis vitis abfuit, quibus senectus odiosa esse solet, non difficilis, non querula, non nimium ad rem attenda. Quæ probitatis exsuperantia, & divinæ vivendi ratione, id affecit, ut omnium amorem sibi conciliaverit, omnibus placuerit, ethnicorum Deo, Jove, longè felicior, qui non omnibus placebat. Et ut paucis maximas virtutes complectamur, omnes in ea vigeant, quæ singule in aliis prædicantur. Ejus laudes in omnium memoria, lingvis, ac literis hærebunt; omnes commemorabunt, nulli absolvent. Tam piè tam benè vivens, debuit fœcis, ut nunquam posset postea, mori. Cum verò tota ejus vita nisi mortis meditatio fuerit, magna animi æquitate & constantia propinquam mortem excepit, quæ exoptatam & felicem clausulam huic vitæ imponeret, & miseram hanc cum beata & æterna mutaret. Annus ferè agit ex quo varia imbecillitate tentari cœpit, aliaque; incommoda sentire, quæ ætas gravior & ferè exacta fecum ferre solet. Inprimis humor pituitosus, senibus familiaris, visceribus spiritalibus impactus, mensè Decembris proximè elapso, vehementissimam tuffim excitavit, adeo ut dies noctesque; integræ tuffendo exscreandoque; sint productæ. Mox defluente è capite & pectore magnâ acris pituitæ feri; falli vi in partes inferiores, tibiæ & pedes inflati intumescerant, qui tamen generosis adhibitis remediis, rursus subsidebant, sic ut non minima spe recuperandæ sanitatis ægra imbueretur; sed brevem moram vis mali indulsit, quæ mox amplior facta, & ad crura organaque; gressum moderantia devoluta, nervos & vires sensim attrivit, ut si quando ambulationi se traderet, pedesque; in terra degeret, ad singulos ferè passus ingemisceret, genuaque; ob lassitudinem succiderent. Interea tota in rerum cœlestium cogitatione defixa, molestam ægritudinem, sacri codicis lectione, piisque; colloquiis amicum, & præcipuè animæ suæ procuratoris delinivit; nec verba ejus nisi fastidium ærumnosæ hujus vitæ, certamque; fiduciam æternæ spirabant. In hoc itatu annum ferè exegit, donec nocte, quæ duodecimum diem Octobris præcessit, inimicus humor cruribus inhærens, versus pectus recurrens, lethali ipsam implicaret morbo. Libera enim respirandi facultate adempta, spiritus arcuus in dies meare cœpit, loquela difficilior evasit, corpus quiete, oculi somno caruerunt. Et quamvis omnia quæ requirere natura morbi, & ægotantis conditio, adhibita sint, nihilque; intactum reliquerit pietas & sedulitas indefessus filiorum nepotumque; in arte medica exercitatissimorum, expugnari tamen & tolli morbus in corpore senili non potuit. Vocato igitur ad se Viro admodum Reverendo, religiosissimo & Clarissimo, M. HENRICO BORNEMANNO, ad ædem Virgini sacram, Pastore primario, & præposito Sochelundensi, sacre cænæ fructione animam mox Deo tradendam dignè & devotè preparavit. Tanto & tam sacro viatico instructa & refocillata, postquam novissimum aspectu liberorum, nepotum, pronepotum, affinium, cognatorum se expleset, ultimisque; vale dixisset, leni morte expiravit, animamque; cælo, unde profecta, reddidit, horâ nona diei XVII. Octobr. cum triginta mille, quingentos, sexaginta septem dies & novem horas, vivendo absolvisset. Ita plena dierum & laborum, maximis vitæ hujus ærumnis perfuncta, referentem cumulatoremque; æternæ felicitatis & gloriæ mensuram accepit, mortisque; metu in perpetuum vacua, cœlestium multitudinem, & civium cœlestium occursum circumfusa, obviam illi prodeuntium & tantam gloriam gratulantium, totam cœli oram speciosissimo triumpho exhilarat. Hanc sanctæ & beatæ animæ felicitatem nos gatulamur. Caræ verò & illustres exuvia, crastinæ diei horis vespertinis, honorificè & decenti pompâ, sepulchro beati mariti, in Templo Mariano, componentur, dum interim ejus fama & gloria semper nobiscum commorabitur. Vestrum erit etiam, Vires Academicæ, supremos honores ossibus defunctæ cumulatè præstare, illisque; levem terram & placidam quietam precari. Præfata est ipsa pietas, ipsa virtus. Ite, ite frequenter, magna Matrona funus effertur. Hafniæ Calendis Novembris, Anno MDCLXXVII.

Sub officii nostri Sigillo.

Ирина Сергеевна
17 Apr. 1671.

(6)

ДИМИТРИ БИКИН

Г 2

Д. ГЕОРГИИ МС МЛЦТВЕВИС
КЕГИЕ НУЛИЕНСИС АСАДЕМИЕ
РЕСТОЛ

RECTOR
REGIÆ HAFNIENSIS ACADEMIÆ
D. GEORGIUS WITZLEBIUS
S.S. THEOLOGIAE PROFESSOR REGIUS

L. S.



Servabat interiore ædium parte conclusas Matres familias Græcia, quò nemini, nisi propinquâ cognatione conjunctis, licebat accedere: atq; ideo universam mulierum famam domi contineri debere, primamq; ac præcipuam sexus laudem credidit, quæ nec ob egregium facinus, nec ob virtutes singulares publico celebrabatur sermone. Dura profecto consuetudinis lex, & a Viris lata, qui ignorare ex composito voluerunt masculum & feminam corporis, non item animæ, discrimen esse. Non enim mulieribus avarâ magis manu quàm Viris virtutum satus impertit prima rerum omnium causa, & cum felix æquè ac fertile in muliebri mente ac virili animo nascisci potuerint solum, in utroq; quin paria promittant nulla vetat ratio. Fuit quidem aliquando inter eas impudica hæc, prodiga illa, superba alia, oblatrix, iracunda, fraudulenta, & ad scelera audax; At quos non manes patimur & Viri? qui, quantò illis præstamus corporis robore, & seu dato, seu asserto in eas imperio, ac earum censuræ haud subijciendâ, ut putamus, libertate, tantò licentius, enormius, ac minus verecundè subinde peccamus, & sæpe, quotiens illæ dexteritate aliquâ a nobis componi debere videntur, minus prudenter dum agimus, exitatâ scintillâ flammam accendimus. Censetur, profecto, hominis nomine quicquid masculi femineiq; est generis: humana igitur patimur omnes, quotiens in vitia incurrimus, & pari mensurâ ad magnas accipiendas virtutes capacem circumferimus animum. Dudum est quod generosæ feminæ factis ostenderunt suam esse eandem ac Virorum virtutem, eandem animi magnitudinem. Pubescenti Romæ perpetuitatem addidit femineus sexus. Eadem, his auctoribus, pacem assertam, expulsam tyrannidem, conciliatum, (qui acriter in Patriam exarserat) potentem civem, fractam nobilium in plebem potentiam, seq; ipsam auro, mundoq; muliebri aliquando redemptam vidit. Unde prohibere non potuit severus ille Uticensis, & quotquot alii, ejus exemplo, e liberâ Republicâ femineâ proscriberent & consilia & facinora, quin ab orbis domitore populo, honorata nurrum suarum virtus invidendam Viris consequeretur gloriam, earumq; exempla egregia, quasi Virorum, publicis decantarentur laudibus, ut eò magis sequitur ad publica exirentur decora. Horum exemplo secuta ibit pietas nostra, quotiens præcellentium feminarum, (quarum nec præsens, in quo vivimus, sterile est feculum) vela dat laudibus. Quod obire munus veluti haud semel nobis contigit, ita hodierno die rite eo defungi oportet, cum illa effertur, heu quondam nostrat cui ad laudem perfectæ Matronæ nil unquam defuit

DRUSILLA FINKIA.

Cum enim clarissimis ornamentis magno decori sexui suo hæctenus fuerit, non immeritò & jure quodam ejus funus indicitur publicè, simul &, quod fieri consuevit, de vitâ ipsius explicatur, si quid honoris inde ac laudis in ejus sanctissimos manes redundare potest.

Beatos existimamus eos, quamvis nemo hæctenus talis ex omni parte fuerit, quibus fors benignior bonam nativitatem, sedulam educationem, quietum conjugium, & demum placidum finem indulsit. In quibus si felicitatis humanæ expleri credendum est numeros, beatissima illa, quam lugemus, & fuit ante, & nunc post fata est, cum omnes has partes clementissima ipsi concesserit Natura. Majores quippe agnovit illustres, conspicuos, & longâ serie omni honorum dignitatumq; genere defunctos. Patrem nacta est, immortale illud Patriæ & Academiæ decus, D. THOMAS FINKIUM, Academiæ hujus seniorum, Medicinæ Professore Primarium, ejusdem Facultatis Decanum, & Regiæ communitatis Præfectum, cujus æternæ virtutes in hominum perennant perennabuntq; memoriâ. Matrem habuit SOSTRATAM IVARIAM, præter splendorem generis, omni muliebris virtutis laude conspicuam feminam. Hæc illam felici edidit partu, primæq; tradidit luci in Regiâ hæc Hafniensi urbe, ubi mortalitatem induit pulcherrima proles Anno 1604, die 13. Septembris. Exceperunt hanc suam spem tenerrimo affectu Divi Parentes, & omni profpexerunt curâ ac sollicitudine ut nihil eorum, quæ vel piam vel probam redderet sobolem, scientes volentesq; præteriret. Igitur primis initamentis, per sacram abluentionem, ingens immortalis Numinis templum statim natæ aperuerunt, & ne qua vitæ portio sacra non esset, ipsam ætatem, maturâ celestium dogmatum insinuatione, prævererunt. Quorum illa capacius nacta ingenium, quàm quod infantia aliàs largiri solet, parentum, cum ingenti voluptate, explevit desideria, qui, sicut parerat, diligenter eam ac probè habuerunt semper. Ita primam pueritiam in Genitorum gremio egit, tam promptè iis obsequens, ut citius faceceret mandata quàm præcepissent pene, & ab his, ut vitam spiritumq; acceperat, ita virtutes quoq; hausit omnes, verâ & strictâ disciplinâ, non laxâ & molli educata. Ad curam enim rei familiaris & labores domesticos tolerandos a pueritiâ asvefacta est, (haud aliter quippe circa liberorum institutionem sapiebant majores nostri,) iisq; a teneris ita innutrita est, ut non, nisi moritura, eos dimiserit. Pietatis ac pudicitiaæ amorem cum lacte materno hauserat, reliqua, quæ decent hunc sexum, ex institutione partim felicissimè arripuit, partim exemplis domesticis eò invitata est. Atq; hoc modo ita adolevit, ut lepida ac venusta Virgo eximium decus sexus sui ac generis & haberetur & esset quoq;. Decimum jam ætatis annum inter, prospera cuncta attingeret, cum humanarum rerum sortem experiri primùm cœpit, (cujus hæc est conditio & consuetudo, ut nihil diuturnum finat esse ex eis, quæ perpetua sibi optant voventq;ve mortales,) quando præmatura mors dilectissimæ Matris, & transitus ad celestia, qui Anno 1614, die 25. Junii contigit, radem ante doloris animum fortiter affligere cœpit. Hac sui potiore parte maturè adeo orbata mansit, in viduitatis solatium, cum indulgentissimo Patre, annos quatuor, ejusq; studiosa ac amans in re familiari gubernandâ onus præcipuum suum fecit, Quonia ma. in administrandâ re domesticâ, in quâ tot providere quotidie, curare, cavere etiam & devitare oportet, circumspicere nimis nulla potest esse, consultum duxit, expetente id quoq; filia, sollicitus Pater, ut sub gravis alicujus Matronæ oculis in omni muliebris officii genere tempora sua porro occuparet. Delecta igitur est, quam respiceret & imitaretur, prudens & adducta Femina, MARGARITA SWENDI, cujus sub oculis biennium Roeschildiæ exegit, & non contenta, in omnibus, ætatis suæ alias antecessisse, seipsam antecedere quotidie magis magisq; conabatur. Adeo nihil eorum, quæ discenda huic sexui sunt, tam difficile & laboriosum fuit, quod non illa prius expedire norat quàm aliâ intelligere. Sed non diutiorem extra Patrios lares moram paternæ familiæ, quæ numerosa in Regiâ communitatis usus alebatur, ratio pati ullo modo potuit. Ideoq; revocata domui suæ regendæ præfecit Parens. Quâ curâ tali defunctæ sollicitudine est, ut nullum officii genus ab eâ desiderari posset, quod illa non facto anteverteret, etiam eos non fastidita labores, quibus adhiberi solet quotidiana ancillarum opera. Lætissimâ interim indole, & veluti facta ad omnem morum elegantiam & svaivitatem, atq; non nisi ex comitate, affabilitate, & virtute composita rusticitatemq; procul habuit, & præcipuè seculi ineptias, non expingendo vestibus corpori, sed animo virtutibus componendo assidue dedita. Unde omnium ore celebrari cœpit exquisitissimum hoc singularium virtutum compendium, & illustrium quorumcunq; honestos provocare amores. Cogitabat tunc de ducenda thalami sociâ admodum Reverendus & Excellentissimus D. JOHANNES ERASMIUS BROCKMAND Metaphysices primùm, mox S.S. Theologiæ, in illustri hæc Academiâ, Professor Regius, Vir omni doctrinæ genere conspicuus, virtute clarus, meritis maximus, & hanc solam votis suis ambiebat, sollicitabatq;. Cui cum amore sanctissimo & svaivissimoq; responsura videretur celo digna puella, conjugium spondit, nuptiasq; filia condixit Pater, quarum solemniam felicissimis auspiciis, decenti pompâ, & communi amicorum applausu die 3. Augusti, Anni 1623. Hafniæ celebrata sunt. Cælo ordinante cæptum hoc conjugium cælestis prospera habuit omnia, concordiam, fidem, jucunditatem, & iteratis quod expecti solet votis, si quando non contigerit, fecunditatem insignem. Nihil enim æquè venerabile reddit conjugium quàm soboles, quæ cum familiâ, Republicâq; suffineat genus humanum. Sexies facta est Mater, bis in masculinâ, quater in sequioris sexus prole; filiam natu minimam tenellulam extulit, reliquam sobolem suis artibus, suis virtutibus, innutrivit, effecitq; industriè ut in spem magnam adolerescent, quam postea impleverunt. Eorum tamen sua præcedere fata utrumq; vidit filium, filiamq; majorem, quos veluti lachrymis suspiriisq; prosequuta est tenerrimis, ita abeuntem nuncillam, quæ superant, filia binæ insolabiliter mœstæ, turbatæ, & tantum non eneætæ implorant, mortemq; dulcissimæ plangunt Matris; Sitamen dicenda mors est, quâ tantæ feminæ mortalitas finita potius quàm vita est. Medium ævi curriculum functavit Annus seculi trigessimus octavus, cum die Octobris decimo mortalium expuncti albo incomparabilem Maritum, de quo nihil nunc nobis commemorandum est, cum notissimâ sit Sacri Viri virtus & sanctitas, quam tot annis in gravissimis & Divinis negotiis probaverat. Istiusmodi discidio tam sanctè inter se amantium excogitari acerbus nil unquam potest. Tali enim fide, amore, studio erga se, iis svaivissimis moribus, & comitate mutuè se complectebantur conjuges, ut hoc convictu nihil dulcius, nihil jucundius optari potuerit. Et semper gravior amata rei iactura est, quotiens ulterius possidendæ spes plane decollat. Ita tamen mororem suum prudentissimâ fortitudine temperavit, ut nec piè defuncti mariti memoriam deponeret unquam, nec immoderato luctu se sibi liberisq; perderet. Quin &, ut demonstraret clarior quanto amore & fide maritum conjunctissimum, cum jam orbata eo, complexa esset, Vidua mansit perpetuè, nec ullis se implicari nuptiis passâ est. At quantâ sanctitatis & innocentia laude triginta tres viduitatis suæ confecerit annos, quàm incorruptè, quàm sine omni notâ & fabulâ vixerit, univèrsa civitas uno ore testatur: Ita enim egit, ut nullâ aliâ re, quàm præstantissimis virtutibus innotuerit. Totum præterea vitæ ejus spatium si integrâ repetere memoriâ lubet, ita eam in mundano hoc theatro suas egisse partes comperiemus, ut nulla sanctius, nulla probius. In primis postremisq; Deus ipsi fuit, Deum coluit, prætereâq; nihil, magnamq; temporis partem precibus consumpsit, rata hoc Christianam maximè decere. Sacræ illam ædes, non pantomimorum caveæ, assiduam habuerunt incolam: ibi auscultandis supremi Numinis mandatis, mystici & sacri epuli frequenti usurpationi, devotiq; precibus fundendis tam seriò vacavit, ut nulla alia magis. Magnam inopum & miserorum curam habuit, quos domi sæpe alere, nunquam afeerit, & vacuos dimittere consuevit. In convictu tam publico quàm privato modestissimè fuit animi, minimè ferox, procaxve aut fastuosa, itaq; nemini unquam gravis. Jam liberorum, nepotumq;, (in quibus durat decus generis,) quantus amor? erga sorores consanguineosq; quanta, sine fuce, fides? quàm prompta erga vicinos amicosq; & non coacta, nec verbosa officia? In regendâ familiâ, & administrandâ re, nil ea gnavius prudentiusq;, cum nihil eorum ignoraret, quæ tum ad augendum tum ad custodiendum facerent. Verax aliàs, minimè mala, probissima, modesta, sobria, vitis inimica, virtutum sectatrix ita ætatem egit, ut occidisse decus suum totus seminarum quereret chorus. Sex fere menses sunt, quod morbum contraxit, & ex eo tempore, cum valetudine bonâ a fatis fidè in gratiam redire non potuit. Fractis enim repagulis exoneraverat se in sinistram pedem superflua feroci humoris copia, quæ gressum moderantibus circumfusa organis impedimento erat, ne officium rectè facerent. Meliora tamen promittere visi sunt imminentes verni tepores, quibus discussa stagnantis lymphæ portio hac corporis parte excessura videbatur, sed mutasse tantum sedem noxium humorem eventus docuit, ad cerebrum enim devolutus tristis doloris sensum, morbosum dormiendi desiderium, tandemq; continuum induxit soporem. At cum quotidie pejus haberet, & Medicorum Præstantissimi D. THOMAS BARTHOLINUS, Archiater Regius & Medicinæ Professor honorarius, ejusdemq; facultatis Decanus, nec non D. JANUS FOSSIUS a se nequicquam advocari cernerent, quæcunq; per multa experimenta huic malo didicerant salutaria, ut verendis Mysteriis Animam procuraret, auctores fuerunt. Eorum avidissima illa Servatori suo propius conciliari piis suspiriis sponte desideravit. Vocato igitur ad se Viroadmodum Reverendo, Clarissimo & Religiosissimo M. JACOBO FABER ad ædem Marianam Pastore primario, & Præposito Sochelundensi, sacra & viriaca cœnâ animam ad adventitiam in cœlis fumendam præparavit, identidem testata quam promptè evocantem Deum sequebatur, quàm liberent suas ponebat partes. Postea frequentibus piisq; de Deo & vitæ æternæ felicitate tum per Animæ suæ Procuratorem M. JACOBUM FABER, tum dilectos sibi Generos admonita sermonibus in Divinorum contemplatione animo cordeq; defixa tota hæsit, donec, deficientibus sensum viribus, impar tanto profligando morbo cederet tandem ac plane excederet, completâq; sua sorte, eò rediret, unde venerat. Obiit immenso sui desiderio tum liberis, tum bonis omnibus relicto, nocte, quæ quartum Aprilis diem præcessit, inter medias preces placidissimâ lenissimâq; finita morte, & quæ eorum creditur fuisse felicitas quos aurea habuit ætas, tanquam somno sopita, sexagesimum septimum ingreßa annum. Quid & ubi nunc agat, discere qui cupiunt, sciant transisse illam in Divinam Naturam, liberatamq; a malis omnibus, & quicquid affligere nos & exercere potest, securâ quiete, felicitateq; incomparabili, & ævo nullo finiendâ perfrui. Quamvis a. desiderit videri inter nos, ipsius tamen laudes nobiscum commemorantur, hæretq; imago frugi Matronæ in superstitium mente, cujus ad exemplum uxores filiaq; nostras vitam moresq; suos componere vel lætamur, vel ut componerent seriò vellemus.

Tantæ animæ exuvia corporeæ non nisi honorificè splendideq; communis Matris sepeliri visceribus debuerunt, ideoq; a liberis, quibus in præsentis tristissima efferendi imposita est necessitas, decenter ornatas solenni more, craftini diei horâ meridiana deducemus, ad quod officium peragendum frequentes aderunt Nobilissimi, & præcipuiq; Quin & vos, Cives Academici, has exequias clarissimæ feminæ cumulate exequi oportet, &, inter mortis meditamenta, perennem functæ in cœlis gratulari vitam. HAFNIÆ 1671. die 17. Aprilis.

Sub Officii nostri Sigillo.

100

Faint, illegible text covering the majority of the page, likely bleed-through from the reverse side.

RECTOR
REGIÆ HAUNIENSIS UNIVERSITATIS,
M. BARTOLUS BARTHOLINUS,
Eloquentiæ Profefor Publicus

Lect. Sal.



Tanè adhuc peccatis nostris est iratum Summum Numen, ut, post tam funesta bella, tam diuturnas ærumnas, tam varias calamitates, tot literariæ reipublicæ inflicta vulnera, placari necdum possit, nisi vulnera vulueribus addendo, plures adferat majoresq; lugendi causas? Amisimus jam, per tria pene lustra, in Regia hac Academia, tot in omni disciplinarum genere doctissimos viros, ut cum annorum numero paria propè faciunt clarissima funera. Nunc vix cepit initium novus annus, quum mox alter die ereptus nobis collega & avunculus noster honoratissimus, vir excellentissimus, M. JACOBUS FINCK, in Regia hac Academia Senior, & Physicæ Profefor Publicus Emeritus, quo vivo amplissima familia decus, cives præceptorem; Academia ornamentum; ordines omnes probitatis, innocentiae, candoris, temperantiae, frugalitatis, & antiquae virtutis verum habuere exemplum. Quapropter quantum majore cum utilitate, dum in vivis fuit, conjuncta erat ejus opera: tantò majus nunc, vitæ defunctus, desiderium sui apud optimum quemque reliquit. Anno Æræ Chr. millefimo quingentesimo nonagesimo secundo, festo S. Johannis Baptistæ, hora 1^{ma}, min. 36, post mediam noctem, *Hauonia* in lucem editus, parentes habuit omni virtute ornatissimos; patrem, virum celeberrimum, deq; republica literaria optimè meritum, *Doct. Thomam Finck*, in Regia hac Academia Medicinæ Profeforem Publicum, Seniore & Emeritum, Medicæ Facultatis Decanum, Regiæ Communitatis Oeconomum, & Roefchildensis Capituli Canonicum, cujus memoria summâ cum nomine celebrata apud nos recolitur. Matrem, sceminam præstantissimam, *Softriam Iovariam*, ex perantiquâ splendidâq; familiâ *Ivariâ*, cujus majores olim longâ serîe, quasi hæreditariâ successione, *Frisiæ Eidorensis* præfecturam gesserunt. Quum 4. Cal. Quintil. sanctissimo regenerationis lavacro ablueretur infans, inditum ei est nomen, quod avo, proavo & abavo fuerat commune. Quamprimum permisit tenera filii ætas, nihil omisere parentes, quod ad benè, & in usum reipublicæ educandum eum posset conducere. Quâ in re curam eorum & studium mirum in modum adjuvit honestissimis disciplinis a natura deditus pueri animus, & congenita indoles, ad eximia, ut non modò, quod eum virtute erat conjunctum, discerneret; sed & admittere quidquam, quod naturalium splendore, majorumq; nomine esset indignum, summopere averfaretur. Anno CIO ICCCII, in numerum discipulorum illustris *Herlovianæ* scholæ admisus, ultra quinquennium ibidem discendo exegit, donec sextodecimo ætatis anno, supremum locum adeptus, singulari cum laude commendaretur Regiæ hujus Academia Profeforibus. Verum quum pater eum, ob juvenilem ætatem, necdum aptum judicaret, ad ea percipiendâ, quæ in Academia solent doceri, anno CIO ICCCIX, ad Electoralem *Misnensensem*, quæ in *Saxonia* est, scholam eum misit. Ubi postquam esset ultra biennium commotus, anno CIO ICCCXI, mensium aliquot spacio, in Acad. *Lipfensi* & *Jenensi* sublitit. Sed Argentoratensem Academiam volebat pater ut præ aliis haberet studiorum sedem, tum quod ipse ibidem per multos annos esset studiorum causâ versatus, tum quod etiamnum in vivis essent multi, quorum alios ut præceptores, alios ut amicos ipsemet colebat, ideoq; *Job. Flavenreutero*, Medico & Physices Profefori, *Malleoto*, Mathematico, *Mar. Floro*, Eloquentiæ Profefori, *Matth. Berneggero*, aliisq; clarissimis in eadem Academia viris eum per literas commendabat. Itaq; jam *Argentorati* solidioris eruditionis fundamentis, in Medicina præceptoribus usus est duobus illis Germaniæ Galenis, *Sebitzio*, & *Salizmanno*, qui, ob contractam, apud exteros, cum patre ejus, amicitiam, quàm fidelissimè eum informabant. Anno CIO ICCCXI, a parente est vocatus in patriam, ita tamen ut antea præcipuas Rheno adjacentes adiret civitates, *Heidelbergam*, *Nemetum Spiram*, *Vangionum Wormatiam*, *Moguntiam*, *Coloniam Agrippinam*, usque dum *Francosurti ad Mænum* vernaes nundinæ initium fumerent. Tum jusfu parentis reversus in patriam, in Regia hac Academia versatus est usque ad ineuntem autumnum; & interea temporis, sub parentis præsidio, medica proposita defendit, inque aliis Academicis exercitiis ea dedit doctrinæ argumenta quæ laudem merebantur. Hinc *Tubingensem* Academiam adiit, tum ut in Mathematicis operâ uteretur clarissimi viri, *Mich. Mællini*, qui, quod sibi a multis jam annis cum seniore Finckio summa familiaritas, & in dicto studio genere magnus usus intercessisset, egregia præcepta & consilia communicabat juveni; tum ut hospitio uteretur *Th. Lansii*, Historici & Oratoris celeberrimi, juris in illustri collegio Profeforis Publici, cujus convictum & quotidiana colloquia in primis magno sibi ad rectè ingrediendam studiorum rationem usui & emolumento fuisse, sæpenumero fatebatur Finckius noster. Anno sequente *Giesfensensem* Academiam accessit, ibiq; per annum aliquot audivit in Theologia, *Winchelmannum*, *Mentzerum*, *Helvicum*, *Casp. Finckium*, in Medicina, *Horstium*, *Jungermannum*; in Philologia, *Scheiblerum*, *Theodoricum*, *Breidenbachium*; & interea temporis, datâ occasione, vicinas visitavit Academiâs; *Marpurgensem*, ut *Goclenium*, *Hartmannum*, *Petrum*, *Herbornensem*, ut *Alstedium* audiret, & *Piscatorem*. Dum in *Giesfensi* Academia studiis incurreret adolescens, supremum diem obiit mater. Itaque domum eum revocare decreverat parens. Impetravit nihilominus filius, ut, postquam jam per tot annos vixisset in Germania, etiam alias peregrinas regiones sibi liceret adire, atque per *Helvetiam*, & *Rauracorum* metropolin, venit *Coloniam Allobrogum*, ubi per integrum penè annum lingvæ Gallicæ, aliisq; honestis exercitiis animus applicuit. Quum ibidem a nobili Silesio, ex familia *Haugwitz*, esset rogatus, vellet ad rectè ineundam conficiendamq; peregrinandi rationem ducem se ei & magistrum præbere, quamvis multa essent quæ disuaderent ne oblatam provinciam in se susciperet, tamen consensit tandem; & postquam Italiani primùm perlustrare statuisset, factò itineris initio, per *Sabaudiam* venire *Chamberiam*, (quam Ducatus metropolin, vulgo dictam *Chamberi*, nonnulli exultant olim vocatam *Camerinum*; alii *Forum Voconii*; quod minus videtur probabile) ubi per quatuordecim dies, quæ ab absoluta essent præparatio, *Chamberiam* vocat *Arariam* alius. Rectius, ut mutandum esset nomen, ab utroque anne, dicenda esset *Rhodan-Araria*. Inde, post mensium aliquot spaciū, secundo flumine, *Viennam*, *Valentiam*, *Aransonem*, *Avenionem*; tandemq; per *Sabaudia* littora, & *Ligusticum* mare, appulere *Genuam* (*Luitprando Ticinensi*, ejusq; ætatis scriptoribus, ut & Pontificum Bullis dictam, *Januam*). Verum quum tum temporis, ex occasione orti nuperimè in Germania belli, mutatus esset monetæ valor, (vulgo dicebatur *Rypplund Wippen*) indeq; ita turbaretur res nummaria, ut facta per Germanicos mercatores argentaria mox rejiceretur ab Italis, coacti sunt, mutato consilio, redire in *Callias*, & ulterris *Masilia*, ceterisq; prope *Pyrenæos* montes, & *Iberia* confinia, civitatibus, *Narbone Martio*, *Carcasone*, *Tolosa*, *Aginno*, *Burdigala*, porroq; *Rupella*, *Augustorito Pictonum*, *Andegavo*, *Salnurio*, *Casaroduno Turonum*, *Blasia*, pervenere *Aureliam*; ubi postquam, per ætatem commorati, rem numariam constituisset, circa hyemem se contulere *Parisis*; ibiq; quamvis turbulentus esset rerum status, tamen, partim exercitiorum studiorumq; causâ, partim ut apud regiam aulam essent, in qua multa occurrerant notatu digna, annum cum semestri transigere. Anno CIO ICCCXX, per *Normanniam*, profecti sunt *Diepam*; indeq; navigio vecti in *Angliam*, tantisper ibi subsistere, donec quæ *Londini*, *Oxonii*, *Cantabrigiæ*, & in regis arcibus, *Hamtoncourt*, & *Vindelor*, erant visu digna, perlustrasset. Tum transvecti in *Belgium*, perlustratis *Flandriæ*, *Brabantia*, *Hollandiæ*, *Ultrajectensis*, *Dominii*, *Frisiæ*, munitissimis locis, & præcipuis oppidis, per *Bremensem* archi-episcopatum venire *Hamburgum*; hinc *Lubecam*; postea, per *Ducatum Megapolitanum*, & *Marchionatum Brandeburgicum*, in *Silesiam*, ad dicti generosi juvenis prædium in *Ducatu Glogoviensi* situm. Hinc Finckius noster, relicto quæ hæcenus habuerat comite, se contulit *Pragam Bohemorum*, indeq; elapsis mensibus aliquot, *Uratislaviam*, *Lignizium*, *Jauraviam*, *Glogoviam majorem*, & in eunte vere, *Francosurtum ad Viadrum*, ubi, quum annum integrum esset studiorum gratiâ versatus, anno CIO ICCCXXII, literis admodum honorificis ad professionem in Regia hac Academia suscipiendam est vocatus. Quod publicum docendi munus, habitâ pro loco disputatione, editoq; præclaro eruditionis specimine, est aggressus, postquâ anno CIO ICCCXXIII, VI. Id. Novembr., solenni more esset adscitus in Profeforum numerum. Anno CIO ICCCXXV, quum, in feriis Academicis, ad redimenda avita bona, quæ, multorum annorum decursu, longâ majorum serîe, Finckianæ familiæ fuerant in possessione, & per avi tutorem, ipso puero, erant abalienata, in *Holfatiam*, parentis nomine esset profectus, singulari Numinis providentiâ, uxorem sibi petiit ornatissimam virginem, *Margaretam Teteniam*, experientissimi viri, *Job. Tetenii*, Medicinæ Doctoris, filiam; ex quâ, celebratis *Hauonia*, anno CIO ICCCXXVI, 13. Calend. Septembr., matrimonii solennibus, quatuor suscepit liberos; duos filios, *Thomam*, & *Johannem*; & totidem filias, *Softriam*, experientissimo viro, *Doct. Christiano Ofsensfeld*, Medicinæ in Regia hac Academia Profefori Publico nuptam; & *Margaretam*, viri excellentissimi, *Mag. Erasmi Pauli fil. Vindingii*, Historiarum & Geographiæ in Regia hac Academia Profeforis Publici, quondam uxorem, quæ ante duodecim annos, & quod excurrat, vitâ decessit. Ceterum castissimum illud conjugium, anno CIO ICCCXXXVII, dissolvit sæva mors, quæ lætissimæ feminae vivendi finem fecit. A quo tempore coelebs perpetuò mansit Finckius, contra dolorem illum potissimum se solatus præclarâ liberorum suorum indole, quos videbat exactissimâ similitudine referre splendidissimæ familiæ mores, & ad majorum virtutem avitis gressibus contendere. Summum in Academia magistratum, magno cum reipublicæ emolumento, gessit quater; ut Rector Magnificus, ter; ut Pro-Rector, semel; & Philosophicæ Facultatis Decanatum quinquies; renunciatis primâ vice Baccalaureis novendecim; postea, iterato quater munere, Magistris quinque & octoginta. Anni sunt pene quatuor, quum gravissimè cepit laborare jecoris obstructione, quam sequebantur iterus, cordis palpitatio, vertigo, animi deliquium, aliâq; permolesta accidentia. Fregit tamen tum temporis quàm felicissimè morborum vim conjuncta cum remediis firmior corporis constitutio, quæ a vitalibus visceribus malum versus pedes destruxit. Verum non est visus usque adeò convalescere, ut amissas vires recuperâret; & cum pristina sanitate redierit in gratiam: sed coactus est domi se continere, nisi quum, vel sacram cœnam accederet; vel serenum esset cœlum, & temperatus aër. Quum verò, quæ erat rei Medicæ experientiâ, partim ex subitâ valetudinis mutatione, partim ex ingravescente ætate & provecâ senectute, conjiceret, persistere diu non posse illam corporis infirmitatem; a mundanis rebus, quantum permittebat officii ratio, maturè avocabat animum, & in æternæ vitæ meditatione figebat mentem, atque Sacræ Scripturæ lectioni quotidie certa impendebat tempora; cui per intervalla solebat adungere *Philippi Nicolai* librum de vitâ æterna, quem, quinquies a se perlectum, jam sextum cœperat ab initio evolvere. Novissimis, qui Nataliorum festum præcesere, diebus visus est morbus, relictiis pedibus, versus superiores partes ascendere. Quo comperto, gener, qui multos jam annos valetudinis ejus curam gesserat, vir experientissimus, *Doct. Chr. Ofsensfeld*, nihil reliquit intentatum, quod ad tollendum malum posset conferre; & ne quid deesset, sibi adjunxit excellentissimos Medicos, *Doct. Paulum Moth*, Ser. Reg. Maj. Medicum; *Doct. Th. Bartholinum*, in Regia hac Academia Profeforem Honorarium, Medicinæ Profeforem Publicum, & Medicæ Facultatis Decanum; & *Doct. Henr. Mönichen*, Regiæ aulæ Medicum; qui, dum vitæ spes ulla erat reliqua, communicatis consiliis, quæcunque e re erant, præscribebant. Videbatur quidem morbus per intervalla remittere usque adeò, ut de restituendâ sanitate non exigua spes appareret; in primis postquam ægrotus vidisset saluum & incolumem jam in patriam reversum filium natu minorem, clarissimum virum *Johannem Fincke*, cujus reditum jam diu desideraverat. Sed cognitum est tandem, morbum tanto impetu vitalia viscera jam esse aggressum, ut remediis nullas omnino esset locus. Interea, primo ineuntis novi anni die, vespertino tempore, vocato viro admodum reverendo & clarissimo, *Mag. Ervico Ol. Tormio*, ad Deiparæ Virginis eadem Pastore, post editam peccatorum confessionem, eorumq; impetratam remissionem, salutari Dominicæ Cœnæ Sacramento ad beatum ex hac vita discessum se preparavit; deoq; sacerdoti, quum de rebus spiritualibus, iisq; quæ ad animæ salutem pertinent, haberet cum ipso sermonem, respondit, ita se æternæ vitæ desiderio jam dudum esse captum, ut nihil optaret magis, quàm ejusdem esse participem. Tandem, compositis membris, compressis oculis, animo fidei pleno, 4. Non. Januarii, circa medium noctis, animam, quæ annos septuaginta, menses sex, dies decem, in terreno corpore transegerat, Creatori reddidit. Cujus eximias virtutes, quum diffusam orationem requirant, heic recensere non permittit chartæ angustia. Et certe quanta fuerit eius pietas in Deum; fides in magistratum; innocentia; probitas; mansuetudo erga omnes; miseratione erga afflictos, in adversis patientia; in celibatu castitas; in exsequendis officii partibus industria; cum collegis concordia; in rebus agendis prudentia; abundè testatur publica fama. De eximia ejus in Mathematicis, & Physicis eruditione satis superq; perhibent doctissima scripta, tum ordinariorum exercitiorum lib. 1. cò, tum datâ occasione typis impressa. Quæ omnia serenissimam Regiam Majestatem ante aliquot annos ita permovere, ut, post obitum senioris Finckii, cui in Academia fuerat senò proximus, in laborum præmium, emeriti profeforis privilegia ei clementissime concesserit. Quum verò hodie, horâ primâ pomeridianâ, terræ sint tradendæ summi viri reliquiae; vestra, Cives Academici, erga optimè meritum gratitudinis est. exsequias ejus frequentes deducere; & quod potissimum est, gratissimum eius memoriam virtutis cum imitatione oblatere. Etenim vituperat magis honestum, quàm laudat, qui, quod lingua, verbis, sermone prædicat & extollit, id moribus, factis, vitâ non exprimit. P. P. Hauonia, Idibus Januar. Ann. Ær. Chr. CIO ICCCXXIII.

Sub Offic. Nostri Sigillo.

RECTOR
ACADEMIÆ REGIÆ HAUNIENSIS
M. CHRISTIANUS NOLDIUS

S. S. Theologiæ Professor Publicus

Academicis Civibus

Salut.

Heu! quantum non modò delictum nobis, sed & solatium quàm plurimis ereptum, lugendum nunc indicimus; heu! quàm piam, quàm divinam & verè cœlestem animam nobis abstulit primus novi anni mensis, ex cujus auspicio, si omen in sequenti temporis partem accipiendum esset, proh! quantum doloris innocentes, quantum mœstitiæ optimi metuerent, quantum gaudii præstantissimi quicquid, quantum præsidii pauperes & afflicti amitterent! In humanis enim desuit esse, quæ ad humanitatem omnem omnibus præstandam nata esse videbatur: è vita excessit, quæ multis vitæ subsidia præbebat, ipsa verò vitæ optimæ fulgentissimum erat exemplar: ex oculis hominum subducta est, quæ oculos omnium quotidiè piis suis officiis oblectabat, piarum Matronarum omnium lucidissimum iubar & summum decus MARGARETA FINKIA, Thomæ filia, viri excellentissimi D. GEORGII FUIRENI, Medicinæ Doctoris in hac urbe quondam experientissimi Vidua. Solvit hoc quod naturæ debuit, ac corpore, quod inter mortales gessit, deposito, ad originem suam reversa est, ut majores in cœlo functiones obiret, quæ nullis potuit fatigari in terra. Patriam habuit hanc ipsam celeberrimam, in qua obiit, Danorum urbem Hauniam; Parentes inclytâ familiâ genitos D. THOMAM FINCHIUM, æterni nominis virum & Medicinæ quondam Professore in Regia hac Academia celeberrimum; Matrem SOSTRATAM IVARI filiam, matronam omnibus virtutibus, quæ in muliebrem sexum cadere possunt, condecoratissimam. Quibus vitæ auctoribus, cum lucem anno reparatâ per Christum salutis M. D. XCV. aspexisset, Maji VII, sub horam secundam nocturnam, per solennes sacri Baptismi ritus Deo Servatori XIV. Maji consecrata fuit, ut quæ vivere modò cœperat, non hujus tantum, sed & melioris æternæquæ vitæ spem, Christo insita, lucisquæ sanctorum hæres facta, haberet. Inde inter piis Parentum curas educata, ac Christianæ pietatis initiis, quantum tenera ætas ferebat, imbuta, quum non nisi sancta & splendida domesticæ vitæ exempla occurrerent, ad illa omnia, quæ virgineum sexum maximè ornant & perficiunt, gnaviter profecit. Ea tum in illo ætatis lubrico cœpit verè à pravis, bona à malis dignoscere, perverfos seculi mores fugere, solasquæ virtutes amplecti, hoc præcipuum fœminei sexus decus reputare; quo quæ eminent, hæc tantum cœteris præstant, quantum inter sydera minora, maximæ mundi lucis. Ita pietatis non præceptis tantum, sed & usu quotidiano firmata, re æconomicâ, frugalitate, modestiâ, cœterisquæ virtutibus assuefacta, ad quarum studia ipsa congenitæ indolis ductu sponte ferebatur, sibi non modò animos Parentum quàm maximè adstrinxit, sed & gratiam inter omnes conciliavit. Decimum octavum annum attigerat, prius quàm ad matrimonii cogitationes animum applicare voluit; quo tempore vir excellentissimus & experientissimus D. GEORGIUS FUIREN patriciâ familiâ genitus, Medicus, Chymicus, & Botanicus hujus urbis eximius, virginis tanta virtutum famâ & laude commendatissimæ amore captus, eam sibi conjugem dari expetiit; in cujus votum, cum Deum autorem habere videretur, consentientibus carissimis Parentibus & amicis, demum descendit, ac datâ sponsæ fide, nuptias cum eo Hauniæ celebravit anno M. DC. XIII., Julii undevicesimo. Inde mater facta quinque liberorum, trium quidem masculi, duarum verò fœminei sexus, multis & maximis felicitatis argumentis effloruit. Vivere jam ante matris obitum deserunt duo filii & una filia, è quibus maximus natu, vir excellentissimus & experientissimus D. HENRICUS FUIREN, Medicinæ Doctor celeberrimus, cujus æternam & sacram apud nos memoriam faciunt publicæ Bibliothecæ splendidum auctarium, Musci, Anatomici rarissima monumenta: Alter THEODORUS FUIREN, vir summâ eruditione & insigni rerum experientiâ clarissimus: Filia SOSTRATA, quæ viro nobilissimo & excellentissimo Dn. CORNELIO SEKKE Serenissimæ Regiæ Majestatis ad Hispanos Oratori & Legato nuperat. Superstites sunt, THOMAS FUIREN, vir eruditione rerumquæ scientiâ maximâ clarissimus: MARIA matronarum omnium maximum decus, defunctæquæ matris vivum exemplar, uxor carissima viri plurimum reverendi & eminentissimi, Dn. D. JOHANNIS SVANINGII, Archiepiscopi, Assessoris collegii Status, Præsidis collegii Consistorialis, S. S. Theologiæ Doctoris & Professoris in Regia hac Academia celeberrimi, ac Facultatis Theologiæ Decani. Hoc liberorum numero anctâ, inter tot insignia futuræ felicitatis argumenta, mundi inconstantiam experiri cœpit, quum virum suum carissimum amisit, qui anno M. DC. XXVIII. die Novembr. XXV. fato functus, triste sui desiderium carissimæ uxori reliquit. Orbitatem nullo alio solatio toleravit, quàm rectâ in Deum pietate, singulari quæ in adversis omnibus constantiâ, quæ integrum semper servans animum in viduitate maluit annos fere XXXVII. consumere, postquam cum beato viro ann. XV. mensis IV. diesquæ septem traduxisset, quàm ullius mariti amplexus secundis nuptiis inire. Totum autem hoc vitæ tempus quanta pietatis, prudentiæ, æquanimiatis, constantiæ & omnis moderationis laude transegerit, nemini civium incompertum esse potest, universa civitate summâs ejus virtutes pleno ore prædicante, ac maxima parte conquerente tantam sibi matronam tam repentina morte ereptam esse. Præcipua ipsi cura fuit, ut Deo sanctè viveret; secunda, ut fidem sanctis operibus probaret: quibus studiis maximè animata, sacros cœtus potissimum amavit, de verbo divino, quo rectæ prudentiæ, veræquæ felicitatis fundamenta continentur, in primis sollicita; sacramento corporis & sanguinis Dni. frequenter usa, quibus exercitia pietatis domestica addidit, hymnis & precibus quotidiè mane & vesperi cum totâ suâ familiâ vacans. Ad usum verò, quàm benè singula traduxerit, quæ ex verbo divino perceperat, certissimo documento esse potest tota ejus vita, quæ nil nisi pietatis & omnis honestatis illustre quoddam speculum fuit; sive sanctum quem erga maritum fovit, dum vixit, amorem spectes; sive affectum pium erga liberos servatum, rectamquæ in eis non ad corrupti seculi mores, luxuriam & superbiam, sed ad probitatem, humilitatem, frugalitatem, temperantiam, cœterasquæ virtutes omnes educandis; sive servatam erga suos fidem, propensumquæ in omnes amicos studium; sive liberalem in pauperes animum, quem partim splendidis donationibus; nam Pastorum viduis 500 Imperiales, Nosocomio verò publico 1000 legavit; partim quotidianis eleemosynarum erogationibus, modò palam, modò occultè factis, abundè testatum reliquit. Ad diem XVII. hujus mensis, qui Martis fuit, Pleuritidis doloribus infestari gravius quàm unquam cœpit, de quo malo commodis remediis statim opportuno tempore propellendo solliciti liberi consilium & opem viri excellentissimi & experientissimi, Dni. D. PAULI MOT, Serenissimæ Regiæ Majestatis Medici aulici eximii implorarunt; cui quoque operam suam deinde rogatus adjunxit vir excellentissimus & experientissimus Dnus D. ERASMUS BARTHOLINUS, Medicinæ & Matheos in Regia hac Academia Professor celeberrimus; qui simul convenientia remedia ægrotæ præscripserunt. Sed omnem & amicorum & Medicorum fidem curam elusit moriendi necessitas: quam non longè abesse animadvertens ægra, cogitationibus à mundo averfis, atque in solâ divinâ voluntate fixis, totam se ad abitum ex hac vitâ paravit. Die Veneris, qui fuit XX Januarii, virum clarissimum & multum reverendum Dnum: Mag. MICHAELEM HENRICI ad se vocari curavit, cujus piâ & uberrimâ consolatione, certa de gratiâ Dei facta, corporis & sanguinis Dni nostri Jesu Christi Sacramentum sumpsit; quo refecta, quieto & patientissimo, Spiritu Dei plena recubuit, pia cum amicis inter summos dolores colloquia miscens. Redunte sub vesperam M: MICHAELE, cum ex verbo Dei prolixum solatium adferret, ipsa compositis manibus non modò verba prælegentis avidè excipiebat, verum & pulcherrimis divinæ Scripturæ sententiis insignem suam fidem declarabat, præsertim aureis illis Apostoli verbis ad Rom: VIII. v. 38. Nam mihi per vasum habeo, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque altitudinem, neque profunditatem, neque ullam creaturam me separare posse à dilectione Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Inde in levem somnum incidit, è quo brevi post expergefata, iuspiriis quibusdam paucis & lenibus ductis, Servatori animam suam tradidit, horâ septimâ, præsentibus carissimis liberis, sororibus, aliisque amicis, postquam annos LXIX., mensis VIII. & dies XIV. in hac mortalitate explevisset. Vestrum est, Cives Academici, matronæ tam conspicuæ & in illustre exemplum natæ, frequentes, ad horam I. pomeridianam, quæ effendum ejus funus est, ire exequias. Valet cives, & virtutem rectè æstimare, mortemquæ brevi adventuram perpendere tantis exemplis discite. P. P. Hauniæ feriâ tertiâ, pridie Calend. Febr. M. DC. LXV.

Sub Officii Nostri Sigillo.

1807

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

1807

1807

1807

R E C T O R
REGIÆ ACADEMIÆ HAFNIENSIS
M. P E T R U S S P O R M A N D,
HISTOR. PROFESSOR PUBL.

Lecturis ἐν ἑσπέρῳ καὶ ἐν ἑσπέρῳ πρ.

Sifas esset rerum naturam ad arbitrium suum inspicere ac detinere, adeoq; cum Theophrasto accusare, quod cervis & cornicibus tantum indulserit, ut multa secula edurarent, homini verò cæteris animantibus imperaturo, tam exiguum ævi concesserit; parate forent optimæ mentes immatura ambitione iudicio cum illa experiri. Verum enim vero quoniam irritus est conatus cum summo rerum autore contendere, præstat in ejus voluntate ac decreto acquiescere, quàm vana & imprudenti diligentia disputare, parensne melior homini, an tristior noverca fuerit natura; præsertim cum his querelis nec legem moriendi mutaverimus, nec naturam nostram. Quamquam autem non idem spacium vitæ hominum sit, cum nonnullos in ipso vitæ apparatu, alios in flore ætatis vita destituat, pauci juvenes ad constantem ætatem veniant: in tanta tamen mortalitatis inconstantia, eandem fidem mortalibus præstat natura. Cum enim summum humanæ vitæ terminum mortalibus aliquando constituerint clarissimi sacrarum opinionum conditores, ad ætatem aliquam per venire possumus vivendo, & sexaginta, septuaginta, octoginta aut plures etiam annos conficere; supra centum vivere, paucissimis datum est. Tam lassâ & velut effœta jam facta est natura, ut, sicuti aliæ res usu ac tempore atteruntur, & ipsa decreverit. Patrum nostrorum memoria vix eos numerabant qui multas ætates vixissent, novum quippe haud erat ad 700. aut 800. annum vitam perducere: postquam verò mortalium impietas vindictam Deo extorserat, inter alia pœnæ argumenta, ut iret homo ad pœnam pleno gradu, ætas cursum suum aut revocavit aut suppressit. Hinc illa maximi medicorum exclamatio, *Vitam brevem esse*. Quamquam si verum facere iudicium velimus, *satis longa vita*, quæ mortales variis modis exercet; quæ tam vaga est, inconstans, & mille injuriis obnoxia. Jam huc, jam illuc vagamur, veluti militantes, quos ducum ambitio versat ut pilas, dividitq; in hospitia, ea tamen lege, ut semper in procinctu sint. Neq; est quod aliquis sibi aliam polliceri velit fortunam, cum eandem experiantur omnes qui nati sunt; qui sicut aliquando cœperunt, ita & esse desinent omnes, ponentq; spiritum, qui solus hanc prærogativam habet, quod moriendi necessitati obnoxius non sit. Quocirca supervacuum est cupere vitam longævam, paucorumq; annorum accessionem votis mendicare, cum & iniqua sit à primordiis vita, & nunquam se longius proferat ætas, aut regis imperio, aut favore amicorum. Vitam enim quia precariò habemus, auctori reddere, ubi eam repetere visum est, cogimur. Illustre itaq; mortalitatis naturæq; variantis exemplum erit Vir Excellentissimus experientissimus & Clarissimus, plurimorum seculorum memoriâ dignissimus, senex ille Venerandus, omniq; laude major,

D. T H O M A S F I N C K I U S.

Cujus ætatem, quia vitæ humanæ terminum supergressa est, quem vatum maximus in octoginta annis, si ad summum prorogari posset, olim posuit, merito jam inter rara felicitatis humanæ exempla numeramus. Quocirca omnino patet est, ut tanti viri facta, vitam moresq; posteris bona fide tradamus. Ortus est THOMAS FINCKIUS in Cimbria Meridionali, seu Ducatu Slesvicensi in oppido Flensburg, Anno 1561. die Januarii 6. Patre Jacobo Finchio, Avo Jacobo, Senatorii ordinis. Matre Anna Thor-Schmeden, Virgine raræ castitatis, Thomæ Thor-Schmeden Senatoris itidem Flensburgensis filii. Hisce ille parentibus feliciter natus, à sacris, quibus initiatus est, vitam auspiciatur, adscribiturq; Christianorum contubernio. Quamquam verò matrem aliquot à partu diebus amiserat, in patris tamen sinu indulgentiaq; educatus est, ne quid sibi permitteret contra bonum morem magna pietas. Audiverat quidem is in Acad. Wittebergenfi Philippum Melanchtonem, ut vel ejus eruditio sola sufficeret institutioni filii; maluit tamen prudentiæ Patruum Thomæ Finchii civitatis Flensburgensis Consulis, ut & Avunculi Reinholdi Thor-Schmeden ejusdem urbis Senatoris, optimam indolem tradere. In ædibus itaque Avunculi aliquot annos non sine fructu fuit: Nam quantum in moribus, conversatione cottidiana, quantumq; in studiis M. Sebastiano Schrodero, M. Thoma Scattenbergio, diligentibus ac moderatis doctoribus, aliisq;, præstitit, ex eo liquet, quod annos natus XVI. sedem ac magistram studiorum Argentinam elegerit, locum comitate & parcimonia mistum, ac bene compositum. Solent nonnulli peregrinationes suscipere vagas, littora, maria terrasq; oberrare, discurrere, locorumq; mutationibus inquietari, & quæ minima ac vilissima ferè sunt, æstimare, ut videlicet famam aucupentur. Hanc mortalium stultitiâ FINCKIUS noster risit atq; contempsit. Quamquam enim homo esset ejus ætatis quæ est ad vitia maximè prona; facilè tamen id à se impetavit, ut posset consistere, & secum morari. Adolescentes vagos compositæ mentis esse non existimabat, verum instar arborum, quæ cum sæpe transferantur, nunquam convalescunt. Itaq; quinquennium Academiæ Argentinensi impendit, Virisq; Clarissimis & Doctissimis, Johanne Sturmio, Melchiore Junio, Michaële Beutero, Oberto Giphano, Theophilo Golio, Cunrado Dasypodio, Davide Wolcensteinio, Johanne Benzio, Joh. Ludovico Havvenreutero, aliisq; jam cœlitum numero adscriptis, velut præceptoribus usus, eorumq; dictionibus ita deditus, ut non tantum Philosophiæ, Matheseos & Eloquentiæ mediocria posuerit fundamenta, verum etiam diligentiam, vitæ morumq; integritatem singulis ita probaverit, ut Academiæ illius Rector, Vir elegantissimus, D. Melchior Junius Eloquentiæ Professor, honestam ac recentem illius ac patriæ pariter civitatis memoriâ in publico programme Anno 1600. 17. Kal. Febr. tanto ab habitu intervallo, exstare voluerit. Quamquam autem elapso quinquennio ab Avunculo in patriam revocatus esset, qui curâ oneribusq; tutelæ, ob sortorem jam ante elocatum, liberari vellet; noluit tamen petitioni satisfacere, antequam annum ferme Academiis Germaniæ aliquot celebrioribus perlustrandis, Jenensi, Wittebergenfi, Heidelbergensi verò potissimum ac Lipsiensi tribueret, non ut ociosus spectator, sed auditor industrius, qui, quæ imbiberat Matheseos ac Philosophiæ prima initia, ea Doctorum virorum colloquiis & conversatione, ubere quasi rore ad aliquem maturitatis fructum assequendum irrigaret. Rebus domi expeditis, maturiorem in Germaniam reditum pestis passim sævientis inclementia menses ferme quinque morata est. Interim novæ cum Cl. ac Doctissimo Viro D. Petro Severino, orbi literato satis jam noto, affinitatis tum ineundæ occasio, cum aliis, tum in primis Illustribus ac Magn. Dn. Nicolao Kaasio Regis Daniæ Cancellario magno, & Dn. Christiano Frisio ejusdem postea in tanto officio successori dignissimo, studia illius atq; conatus ita commendavit, ut amorem ac favorem uterq; cum vita exstare voluerit. Ejus quoq; famæ celebritate motus Vir illustri ac strenuus Dn. Henricus Rantzovius Serenif. Reg. Maj. in Ducatibus Cimbricis vicarius, ob insignem Mathematicam peritiam, ita eum amare cœpit, ut & Bredenbergam ad se vocaret honorificè, & reliquo deinceps vitæ tempore ejusdem honoribus atq; conatibus quàm maximè faverit. Cum primum autem & pestis desævientis & comitatus Francofurtensis oportunitate licuit, Basileam concessit, in Monspessulanam Academiâ, Medicinæ studiis, amplissimoq; Medicorum collegio clarâ, iturus. Verum cum passim Viri docti sollicitis eum precibus urgerent, ut quas Triangulorum Analyses solidas illas ac expeditas delinearat, partimq; ex Albategnii, Joh. Regiomontani, Erasmi Rheinholdi, Francisci Maurolyci particularibus præceptis, partim privata industria & attentione in regularum generalitatem redegerat, eas publici juris faceret, & commodam Basileæ offerri sibi videret commoditatem, studia ac curas in Medicinæ deinceps ac Philosophiæ attentionem majorem commutaturus, eam negligere noluit. Itaq; semestris temporis spatio ibi commoratus, Geometriam Rotundi edidit, quæ, ut juvenilis quidem fervoris ac peregrinationis festinatione potius effusa quam elaborata censeretur possit; Viris tamen doctis ac præstantibus artificibus Christophoro Clavio, Joh. Antonio Magino, Adriano Romano, Mich. Mæstlino, Snellio utriq; Patri & Filio, Bartholomæo Pitisco, Philippo Lansbergio, Nicolao Urso Dithmarso, Danieli Miverio, aliisq; pluribus ita placuit, ut alii privatis ad eum literis, alii in publicis & lectionibus suis & scriptis ac monumentis, illius cum honore meminerint. Cum autem consilio Medicorum Basileensium præstantissimorum, Plateri, Erasti, Zvingeri, Stupani, Bauhini, quos honoris causa ut amicos & præceptores & nomina-

bat sæpe & perpetuò exofculabatur, Gallia Italiã prætuliffet, fine mora illi fefe itinere accinxit, Medicinã ac Philofophiã operã daturus. Audivit autem in Academia celeberrima Patavina Medicos præftantiffimos, Bernardinum Paternum, Hieron. Mercurialem, Capiuaccium, Albertinum Bottonum, Melchiorem Guilandinum, Hier. Fabricium, ab Aquapendente, Herculem Saxoniam; aliosq; viros nominatiffimos, Francifcum Piccolomineum, Archangelum Mercenarium, Jac. Zabarellam, Malerium Mathematicum, &c. Interim ita fefe apud Nationis fuã Germanicã confortes gelfit, ut & Procurator eligeretur, & poft in Academia Confiliarius conftituetur, monumento inibi in Templo D. Sophiã Nationis Germanicã Studiofis Medicis erecto, & Bibliothecã tum primùm inftituta, quã in ampliffimum literatã eruditionis thefaurum utili ac honefta æmulatione fucceffores auxerunt. In Academia Pifana cum alios tum in primis Cãfalpinum & Bonamicum elegit, quorum confuetudine familiariter ufus plurimùm profecit, ut privatis uterq; literis deinceps cum eo amicitiam coluerit, & Bonamicus in publica fuorum de Motu Commentariorum præfatione honeftam absentis illius mentionem injecerit. In urbe Florentina liberaliffimum Mariã Nofocomium aliqvot menfium fpacio illum detinuit: potiffimum quòd illic liberum ac quotidianum offenderet accessum, & in pharmacopolium iuftructiffimum, & ad complures variis ægritudinibus correptos. Italiã quadriennio paulo minus jam confecto, prius exire noluit, quã Ferrariam, Bononiam, Senas, Romam, Capuam, Neapolin, Puteolos, Vicentiam, Veronam, Mediolanum, Taurinum, Venetias cum primis, reliqvasq; & Academiã & urbes nobiliores adiiffet, & quã à peregrinantibus in itinere æftimari debent, diligenter attendiffet. Demum ftudiis fuis confulturus Bafilẽam rediit, inibiq; præceptorum fuorum fecenfurã fubjecit, dignus iudicatus, qui à celeberrimo Medico & Philofopho Theodoro Zwingero, Medicinã Doctõr, die Bartholomazi, Anno 1587. renunciaretur. Prius verò quã in patriam rediret, celebriores Germaniã partes & Academiã perluftravit, Franciam, Sveviam, Bavariam, Auftriam, totumq; tractum Danubianum; item Pofoniam, Jaminum ac Comorram Hungariã: ita tamen ut fingulis Academiis Friburgenfis, Wirtzburgenfis, Altorfinã, Tubingenfis, Ingolftadianã, Lavinganã, Dillinganã, Viennenfis temporis iuftam moram tribueret; donec per Moraviam, Bohemiam, Mifniam, Marchiamq; ad fuos domum rediret. Reverfum ac rebus Medicis aliqvandiu Flensburgi incumbentem Illuftriffimus Princeps ac Dominus Dn. Philippus, Norvegiã hæres, Dux Slesvici & Holfatiã, Gottorpium evocavit, Medicumq; fuum conftituit. Tum ex Hefiodi præcepto, conftituta domo, de ducenda uxore cogitans invocato Divini numinis auxilio, maturo confilio lectiffimam ac pudiciffimam fibi elegit Virginem Softratam Ivarium primario loco honeftiffiq; parentibus in Frifia Eidoreni prognatam, iis fãmimini fexus ornatam dotibus, ut in felici ac læto 24. fermè annorum conjugio, marito demum viduo infatiabile fui defiderium reliquerit. Cum in arce Principis Tonningã nuptias d. 30. Augufti Anno 1590. celebraffet, inq; ipfã nuptiarum folennitate ab Academiã noftrã Profefforibus literã allatã effent, quibus Illuftris ac Magnifici Viri Dn. Nicolai Kaafij R.M. Cancellarii & Academiã confervatoris fummi Confilio Mathematica ei deferebatur profefio, & Menfe mox feqvente Octobr. Illuftriffimus Princeps Dn. Philippus vitam cum morte commutaffet, ipfe quoq; vitam aulicam cum ocio Academico commutare decrevit. Itaq; à Reverendiffimo ac Illuftriffimo Principe Dn. Johanne Adolpho Archiepifcõpo Bremeni ac Lubeceni, Cimbrorum Duce, Principis fui laudatiffimã memoriã Fratre ac Succelfore petita humillima dimiffione, eam clementiffimè obtinuit, & Anno 1590. in Augufto fibi delatam Mathematicam Profefionem, anno demum 1591. in Julio, poftquam Horofcopographiam fuam paulo ante edidiffet, adiit, eiq; præfuit donec Anno 1602. Eloquentiã Profefioni de Perilluftris ac Magn. Dn. Chriftiani Frifij de Borreby Cancellarii voluntate præficeretur. Cumq; non longo poft tempore Cl. Vir D. Andreas Chriftierni, & Medicus in Academia fecundus, & Oeconomus bonorum Sorensis Scholã adminiftrationi deftinaretur, oeconomia & Communitatis Regiã bona protinus adminiftranda fufcepit. Qvanquam vero Profefio Medica Cl. Viro D. Petro Severino Regiã Majefte. Medico Magnifici Dn. Cancellarij confilio decreta effet; tamen cum ille immaturo fato Academiã eriperetur, & paulo poft Cl. Vir D. Andreas Lymvici Medicus Senior in vivis effe defiffet, Illuftris Cancellarij favore factum eff, ut prius quã ab illo relictam Medici Secundi ftationem adiret, hujus locum Anno 1603. confequeretur. Interim lætum & felix conjugium D. O. M. filiis tribus & 6. filiabus auxit. Filius medius Ivãrus filiãq; duã Druda prior ac Brigitta moriendo matrem anteverterunt: ultimus Thomas mortem Matris, quã 25. Junij 1614. Pater luxit, annos natus 16. in fecutus eff. Primus natus Vir Clariffimus, Academiã noftrã jam Senior, M. JACOBUS FINCKIUS, Phifices Profefor publicus, cum conjugè Margaretha Tetens, Avum fecit duorum filiorum Thomã & Johannis, totidemq; filiarum, Softratã & MARGARETHA, proavum verò duorum filiorum totidemq; filiarum. Filia natu major, ANNA quã nupfit D. Cafparo Bartholino S. S. Theol. Profefiori fex nepotes unamq; neptim Seni Finckio genuit, novem pronepotes totidemq; proneptes, duas abnepotes: Altera MARGARETHA, quã duxit D. Georgius Fuiren, tres nepotes duasq; neptes, pronepote unum & tres proneptes: Tertia DOROTHEA conjux D. Olai Wormij Med. P. P. fex neptes, quinque pronepotes & fex proneptes. Quarta Druda uxor D. Johannis Brochmanni, duos nepotes, quatuorq; neptes, & duos pronepotes: quos fi numeratò mavis, erunt 79. Qua verò fide ac induftria & Academicis prælectionibus & difputationibus, alijsq; Academiã negocijs fpacio 65. annorum vacaverit, bonorum Regiã Communitatis adminiftrationi ab Anno 1602. ad Annum 1654. præfuerit, & Magiftratum Academiã summum quintum gelferit: & quo modo domui fuã honefte ac benè propitexerit, cum omnibus interim omnium ordinum hominibus amicè & promptè converfatus fuerit, Sereniffimi Regis Chriftiani IV. Regiã utriusq; Sophiã & Annã Catharinã, ac Principum liberorum, aliorumq; Magnatum valetudini curandã fæpius adhibitus, id Collegis, auditoribus ac difcipulis, reliqvorumq; ordinum in quavis focietate bonis cenfendum ac æftimandum relinqvimus. Conceperat quã Mathematicam & in argumento Geometriã Rotundi ut ipfe præftantiffimorum Mathematicorum conatus excitavit & juvit, ita ab iisdem viciffim didicit quibus opus fuum interpolatum augetur: Sed quã illi in Academia commiffa fuerunt negotiã publica quã plurima, & Oeconomie Reginum Alumnorum fideliffimã & onerofiffimã curã, quãq; vel fingula fingulos & totos requirit homines, hæc aliaq; ingenii divini monumenta interceperunt. Cœpit enim tum temporis diviã benedictionis uberrimus proventus, fub ipfius adminiftratione in communitatis regiã commoda, quotidie augeri, unde factum eff ut Oeconomi priores ædes & aream dupla accessione locupletaverit, novo infuper cœnaculo pro Studiofis alumnis extructo. Nec minus illum fatigavit elegans & fplendidum illud, habitationibus alumnorum regionum deftinatum ædificium, quod Regentiã vocant; cujus fabrica quantum haufert argenti, quantum temporis in fumpferit, facile loquentur, qui illam provinciam unquam fubierunt. Poffet ex dictis ipfius fidelitas & diligentia abundè fatiã ftimari, nifi majus adhuc accederet fuperpondium. Cimbria n. à milite Cæfareano ob felfa & devictã, cum magnus effet hic Studioforum exulum numerus, ex fummi magiftratus voluntate, Oeconomie res ita difpenfavit, ut plus quã quadraginta, ultra numerum, quibus libera menfa ex fundatione regia decreta eff, alerentur, & adhuc aluntur. Sed nondum finis erat laborum & variarum quibus quotidie exercebatur curarum, dum ædes communitatis, & omnes Oeconomie officinã ingenti incendio conflagarunt. Quibus reftaurandis quãquam non parum requirebatur fumptuum, effecit tamen vir prudentiffimus, ut fine magno aliquo rei iftius familiaris difpendio, ad iftam quã nunc in platea feptentrionali vifuntur, excreverint magnificentiam. Non fufficit unius pagellã anguftia tanti viri meritis confignandis, aut vitã tam laudabiliter actã tabulis recenfendis: Quã enim paciã & concordia femp fuerit amans; quã omnibus bonis carus & amicus; quã liberalis in ftipendiis pro ftudio Medico & Philofophico promovendo, conftituendis; quã in pauperes & egenos beneficus; publica fama & rationes testes effe poffunt, & vel morte confirmata extrema ipfius voluntas revelabit. Ideoq; finem hic facimus folemni formula, Bene vixit. Et quã bonã vitã exitus nunquam triftis effe folet, ipfi quoq; hanc felicitatem non invidemus. Poftquam enim Venerandus hic Senex, laborum, honorum & annorum (utpote annum agens 96.) quotidie magis magisq; vires debilitari animã verteret, totus in precibus, & quotidianis pietatis detinebatur exercitijs, usq; dum 10. Aprilis jam proxime elapfi, febriculã corriperetur, quã accedentibus graviffimis, ex Calculo, alijsq; pectoris doloribus, emaciatus & fenio confectum corpusculum lancinarunt, ut decimo quarto à decubitu die 24. fcilicet ejusdem Aprilis, animã Creatori fuo, placidiffime redderet. Ita nunc demum plurimorum dierum & laborum verè fatur in cæleftem commigravit patriam, defideratiffimã fanctorum Angelorum & Beatarum Mentium focietati adjunctus Magnus nofter FINCKIUS S. Corpus hofpitiũ illius illuftris animã, quã potiores orbis provincias laude fui nominis implevit, hora I. in tamulo plurimos abhinc annos eidem deftinato, in Templo D. Virg. honorificè componetur. Vos Cives Academici, ite quanto potestis maximo ac decentiffimo concursu, unã cum reliqvīs Ordinis noftri confortibus, tanto viro exequias, nunquam certè videbitis in hac Academia, fortè nec in univerfo Daniã regno celebrioris viri funus, tam quoad prægrandem ipfius ætatem, per amplam & summè honoratam familiã; quã quoad infignem ejus in vita candorem, incomparabilem eruditionem, admirandam prudentiam, summam erga omnes humanitatem, & reliqvã plurimarum virtutum gloriam, P. P. Hafniã, d. 2. Maj: Anni M. DC. LVI.



